



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Iubilæum Quoad alia

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

*postea culpa-* tali casu post Iubilæum transactum pe-  
bili non te posse commutativam votorum ob-  
lucratur. litorum, non obstante, quod lucratus  
*An vero qui* non sit Iubilæum? Affirmat Leo de Iubil.  
*transactio Iu* par. 2. n. 20. quia is remanet liber à reser-  
*bilo, quod* non acquisit. Sanchez num. 52. negat aitque, esse di-  
*vit, petere* sparem rationem inter absolutionem  
*possit commu* peccatorum, & commutationem voto-  
*tationem vo-* rum, parte 5. tract. 12. resol. 41.

*torum obl-* 34. Non oportet quod confessarius  
*torum?* commutans vota, sit ille idem, qui à pec-  
Affirmat, Leo catis absolvit, dummodo sit approba-  
Sanchez ne- tus ab Ordinario, nam hoc solum re-  
gat. quirit Bulla Jubilæi. Ita Henriquez lib. 7  
c. 10. num. 8. Qui testatur ita declarasse  
Gregorium XIII. parte 5. tract. 12. reso-  
lutione 50.

## IVBILÆVM

Quoad alia.

*Qui Iubilæu* 35. *Q*ui tempore, quo in sua patria  
*invincibili-* publicatum fuit Iubilæum,  
*ter ignoran-* ex ignorantia invincibili non habuit  
*vit, potest il-* illius notitiam, lucrari illud potest in-  
*lud lucrari* fra dies quindecim à die notitiae. Ita  
*infrā dies.* Bortoni in iubil. Sixti V. fol. 131. Et  
*Quindecim* idem de eo, qui Jubilæi notitiam pri-  
*à die notitiae.* mo haberet secunda die Veneris, vel  
*Etnegligens* Saturnini. Sed huic confessarius potest  
*lucrari in* commutare jejunia, & indicere Com-  
*paria, lucra-* munionem die Dominico. Item si quis  
*ri potest in* in sua patria Iubilæum lucrari negli-  
*alio loco, ubi* geret, & post duas hebdomas alio  
*adhuc durat.* pergens, inveniret Iubilæum adhuc du-  
rare, posse ibi illud lucrari. Ita Sancta-  
rellus de iubil. c. 7. dub. 1. part. 3. tractat. 4.  
resol. 51.

*An vero pos-* 36. Sed an possit quis Iubilæum in  
*fit bis acqui-* uno, vel duobus locis bis lucrari quo-  
*ri?* ad omnia privilegia? Negat Layman  
*Aliqui negat* lib. 5. tractat. 7. c. 8. num. 9. & alii. Et Fil-  
liuci tom. 1. tract. 8. c. 10. numer. 278.  
testatur Clementem VIII. respondisse,  
quod Iubilæum tam in Anno Sancto,  
quam in aliis semel tantum sumi po-  
test. Idemque declarasse Sacram Con-  
gregationem Cardinalium, Et rationem

assignat Torres in 2. 2. tom. 1. c. 188. artic.  
12. diff. 7. num. 8. quia in Brevi dicitur  
gratiam consequendam esse una è dua-  
bus hebdomadibus disjunctivè. Sed con-  
traria sententiam tenet Henriquez  
lib. 6. cap. 16. num. 3. Benzonius de Iubil. *Alii affir-*  
lib. 5 cap. 15 dub. 23. & alii. Et Mollesius *mant.*  
tom. 1. tract. 7. cap. 16. nu. 45. probat; quia  
cum Iubilæum propter opera conceda-  
tur, & quis praescripta opera bis implere  
possit, non est cur Iubilæum bis obtineri  
non possit. Maximè quia gratiae sunt am-  
pliandæ. Ad argumentum Torres re-  
sponder, particulam disjunctivam respic-  
cere commoditatem fidelium, ut, qui  
consequi nolit in prima, consequatur in  
secunda hebdomada non autem tollere,  
quominus duabus vicibus acquiri pos-  
sit. Ad declarationes Clem. VIII. & Cat-  
dinalium potest quis dicere, de illis non  
constare authenticè. *Ibid.* & iterum *part.*  
5. tr. 12. resol. 28. & olim *parte 2. tractat.* 17  
resol. 49.

37. Qui tempore Jubilæi, quando est  
varietas opinionum circa injunctas indulgentias  
sequitur opinionem probabilem, lucrabitur indulgentiam. Ita  
Leand. part. 10. tract. 11. resol. 29.

38. Non requiritur eodem die, quo  
quis lucratus est indulgentiam con-  
fessionem & communionem facere, quia  
solum ambæ petuntur tamquam dispo-  
sitio. Sic Lugo, Turrianus & Comito-  
lus contra Palqualigum, *part.* 10. *tract.* 13.  
resol. 55.

## IVDEX.

1. *† Iudex* quasi *Iudicantis*, est persona *Iudex* quis?  
à Republica constituta ad quæ. *Et quomodo*  
stiones tum civiles, tum criminales di-  
rimendas. Procedit cum ad instantiam  
partis, seu personæ privatæ, quæ in civi-  
libus actor, in criminalibus accusator  
dicitur: tum ad instantiam fisci, quæ  
est persona item publica curans ex  
parte communis servari justitiam  
legalem &c. Et quidem cum judex  
in criminalibus procedit ad instantiam  
partis,